



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCCXX. Der Official der Brandenburger Propstei citirt einen Bauer, der eine Wahrsagerin zu Rathe gezogen, am 6. März 1378.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

in hac parte complicum quorumcunque nec non et prepositi et singulorum canonicorum ecclesie Brand. predictorum et pro ipsis et eorum quolibet dicto Hinrico, manualiter, realiter et cum effectu in solidum promiserunt bona fide, quod domini conversi et eorum in hac parte complices per se vel alium vel alios dictum Hinricum et suos amicos in nullo de cetero debent molestare, impedire seu perturbare, et quod ipse Hinricus predictus et sui amici pre illis conversis et suis in hac parte complicibus et aliis supradictis debet et debent ubique locorum stare et esse securus et securi. Acta sunt hec Magdeburg, in cimiterio sancti Sebastiani, apud capellam sancte Barbare virginis, anno, indictione, die, mense, hora, pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis: Johanne Dorn, decano sancti Sebastiani, Hinrico Bavari de Berlin, vicario sancti Nicolai novi fori Magd. ecclesie, Paulo Morquitz de Barbi, clerico Magd. diocesis, ac Henningo Mauriti cive ceteris civitatis Magd. testibus ad id vocatis et rogatis.

Et ego Johannis Braxator, Magd. diocesis, publicus etc.

Et ego Johannes dictus Grunenvelt, clericus Brand. publicus etc.

Et ego Nicolaus Nicolaus, dictus Seveld, clericus Misnenfis diocesis, publicus etc.

Nach einer Copie im ältern Copiarlo.

CCCXIX. Eckard von Bardeleben verkauft die Wublitz mit acht Wenden, am 22. Jan. 1378.

Ick Egard von Bardeleue bekenne — dat ick — vorkoft hebbe — Merten, Mathise Clawes Ronnebom vnd Tyle parne dat water, dat dar het die Wubelitz — alle my min vader dat geeruet heft — vnde dat vorbenumede Water uptulaten vor den Schulten tu Schorin mett acht wenden, Der wende sintt viere beseten tu Schorin vnde die ander viere sindt beseten tu Vfez vnde twy schock vnde twey schock hunre, sunderliken vt tu bescheiden ein schock hunner schal ick Egard beholden vp die vorgeante Wende. Vortmehr wehrett dat ick Egard vorvrechtede die Wende tu Vfez so dat sie dar nicht sitten wolden vnd togen to Schorin wonen, so scholen sy my Egarde ousten vmme myne mandele vnde dorfschen my vmme mynen schepele. — Gegeuen na godes bortt MCCCCLXXVIII. zu alden Brandenburg, an fonte Vincencius dage.

CCCXX. Der Official der Brandenburger Propstei citirt einen Bauer, der eine Wahrsagerin zu Rathe gezogen, am 6. März 1378.

Officialis prepositure Brandeb. discretis viris, dominis in Wustermarke et Duratz plebanis, aut eorum vices gerentibus nec non univcrsis et singulis ecclesiarum et divinatorum rectoribus dicte prepositure Brandeb., ad quos presentes pervenerint, caritatem in domino. Quia in sacris canonibus cavetur, quod non ideo, quia imago Samuelis mortui vera prenunciavit Sauli, propter talia

facrilegia, quibus illa ymago presentata est, minus execranda sunt, aut quia in actibus apostolorum femina ventriloqua verum testimonium perhibuit apostolis domini, ideo Paulus apostolus pepercit spiritui illi, non potius hujusmodi facrilegia ferri seu sustineri; nam feminam illius demonis correctione mundavit. Omnes igitur artes hujusmodi vel nugatorie seu false vel poxie superstitionis ex quadam pestifera societate hominum et demonum quasi pacta infidelis et dolose amicitie constituta, penitus sunt repudiande et fugiende a Christiano. Etiam et mortuus est Saul propter iniquitates suas et additur quasi in cumulum peccati sed phitoniam consuluit, propter quod interfecit eum dominus. Hujus peccati multitudinem multi non attendunt; etiam qui divinationem expetunt, morem gentilium subsequuntur, aut etiam qui causa expiandi seu purgandi de aliquo malo, sive clericus sive laycus, hujusmodi homines ventriloquas seu phitonissas consulunt, canonicè puniantur. Et quia Hans Nybede, villanus, morans in villa Wostermarcke in dicta prepositura Brandeb. pro eo et ex eo, quod quandam ventriloquam seu phitonissam, dictam Hentze Groperche, morantem in villa Veltem predictæ preposituræ Brandeb. causa experiendi seu investigandi de quodam furto contra predicta sacrorum canonum instituta ac leges morales in sue anime periculum consuluit, peremptorie citatus certo termino et loco ad recipiendum et et peragendum pro hujusmodi sacrilégio seu forefacto penitentiam condignam atque salutarem, licet comparuit, hujusmodi penitentiam recipere et peragere non solum frivole recusavit verum etiam contumaciter recessit et hucusque in sua contumacia perduravit et perdurat in contemptum clavium ecclesiasticæ discipline et distulit et differt recipere et peragere penitentiam, ut premititur, et in non modicum sue anime periculum et scandalum plurimorum. Quare vobis et cuilibet vestrum, qui tenore presentium requisiti fueritis, districte sub pena excommunicationis precipiendo mandamus, quatenus vos vel alter vestrum conjunctim vel divisim accedatis, ubi propter hoc est accedendum, et peremptorie citetis dictum Johannem Nybede, quatenus feria sexta ante instantem dominicam Reminiscere coram nobis in urbe Brandenburg loco iudicii consueto legitime compareat, suam contumaciam, si qua juris via poterit, canonicè expurgaturus et penitentiam pro hujusmodi commisso condignam et sue anime salutarem peragendam adhuc recepturus. Alloquin contra ipsum procedemus, iustitia mediante. In signum executionis, reddetis literam hanc vestris debite appensis sigillis sigillatam. Datum Brandenburg anno domini M^o. CCC^{mo}. LXXVIII^o. feria sexta ante dominicam Invocavit; ad causas prepositi ecclesiæ Brandeb. sub sigillo.

Nach dem Originale.

CCCXXI. Die Grenzen des dem Domecapitel zu Brandenburg und der dem Kloster Lehnin gehörigen Hälfte des Niezer Sees werden bestimmt, am 21. März 1378.

Anno domini M. CCC. LXXVIII. dominica Oculi presentibus honorabilibus viris dominis Henzone preposito, et Czabello cellerario ecclesie Brand. Hans Lyfen, prefectus in Ritz, pronunciauit et monstravit limitationes medii stagni Ritz, spectantis ad ecclesiam Brand. et alterius medietatis ejusdem stagni, spectantis ad monasterium Lenin, ita quod ab una parte, qua ducitur per aquas versus Lenyn, est limitatio palus, que dicitur Cranewerder, et ab alia parte, qua itur per terras versus Lenyn, est limitatio una lacus, que dicitur Schoneheling, sic quod una ala retis debet transire ab alia parte lacus Schoneheling versus Lenyn.

Nach einer Copie im Ältern Copiarie.